



2b. 15



67.
72

VOTIVÆ
ACCLAMATIONES ET GRA-
TULATIONES
VIRO

*Clarissimo, Eruditione, virtute & rerum ex-
perientiâ præstantissimo,*
DN.

M. MICHAELI POLL
VRATISL. SIL.

Cum
ANNO M. DCXXI. a. d. XIII,
Kal, Julij
DEO Opt: Max: volente,
Magnifico Reipubl. Patriæ Senatu
applaudente,
Gymnasij Elisabethani RECTOR, & reliqua-
rum Scholarum INSPECTOR
declararetur

IN
Virtutis meritum,
Doctrinæ premium,
Gratitudinis testimonium
SCRIPTÆ

&
MISSÆ ex almâ Viadrinâ.

TYPIS MICHAELIS KOCHII.

21

VOTIV
ACCLAMATIONES ET GRA
TIAE
M. MICHAEL POLL

ANNO M. DC. XLII. 4. 4. XIII.

Kal. Julij

Deo Opt. Max. volente

M. Gualtero Rectori P. N. S. S. S. S.

appropinquante

Cyranalij Elisabethae Rectoris & Rectoris

in schola P. N. S. S. S. S.

delectatione

in

hunc voluminem

Doctrinae praesentis

Gratulationem componimus

SCRIP. A. B.

Missa ex parte V. S. S. S. S.

TYPIS MICHAELIS POLL



CLL. VIRIS

DN. M. MICHAELI POLL,

ad D. Elisabethæ,

&

DN. M. HIEREMIÆ TSCHONDERO,

ad D. Mariæ Magdalenæ,

Gymnasiorum Rectoribus

in Illustri Uratislaviensium Republ.

designatis,

Amicis meis honorandis



Ama fidem fecit, qui me petière Decano

In Sophiâ summum lustra tria ante gradum;

Gymnasis hos nunc præfectos inclytâ in urbe

BRESLAVIA, dextrè munus obire suum.

O fortunatum me, qui (præfiscini id ajo)

Talibus imposui laurea ferta viris.

POLL beet Elisabethen: TSCHONDERUS

Magdalin ornet:

Carus uterq; domi: clarus uterq; foris.

M. CHRISTOPHORUS NEANDER

Academiae Francofurtanae Professor

gratulabundus adproperabam.

A 2

CLARIS

CLARISSIMO

DN.

M. MICHAELI POLL
de Rectoratu collato

d. 13. Julij 1621.

Utilis valuit Juridico Sacra
Ductore eximio, Vateq; maximo;
Cui nomen dederat Filius igneus:
Sic & Te Medico gaudeat & diu
Olim POLLE cluens polleat artibus.
Nil possum melius, dignius & nihil
Ore aut corde Tibi poscere numina.

fac.

DANIEL LACHMANUS

VratisL.

HOC quod adhuc belli Musarum numina florent
Tempore, sola DEI dextra benigna facit.
Hac itidem, Vir Clare, facit mediante Senatu
Ut Tibi Gymnasium sceptris perenda ferat.
Ergo Tibi merito tantos gratamur honores
Te dignata quibus gratia summa Jovis.
Fungere commissis felici munere sceptris
Summa DEI summi que modo dextra tulit.
Sic paucis animo sincero, candido amico
SINNERUS vovet: O sacrata vota DEUS.

Athenis Marchicis

S. P. F.

CASPAR SINNER

Lubena-SiL.

Id tuo

ID tuo honorifico calamo breve carmen *honori*
Hunc Rectorali, Clare vir arte, POLI.
ELISABETHANUS, velut audio, Rector in Urbe
BRESLA nunc multo fœnore laudis ades.
O bona fama! viros doctrinæ nomine claros
Altius extollit PALLAS, ut ipse vides.
Fauſta ſit ergò tibi nova functio, ſitq; ſalubris
Diſcenti publi. Tot cape vota. Vale.

STANISLAUS REICHEL
VratisL. SiL. LL. Stud.

Euge bonum factum, caeleſti ex arce proſectum,
Quod capiat gratâ mente iuventa ſibi:
Quod Proceres patriæ ad munus Te grande vocarint,
Dum mandant doctæ munia ſumma Scholæ.
Præ reliquis etenim viſus Tu dignior illo
Culmine, ubi BRESLA mania clara jacent.
Quas quaſo Virtus Te non perduxit in artes,
Clare POLI, Aoni; pura medalla chori?
Tu noſti quâ ſint artes ratione docenda;
Quovè ſit imberbis turbare regenda modo.
Ergò animo ſidenti ſuſcipe ſceptra bycæi:
Et quæ obverſantur, temne pericla, mala.
Infundat Dominus tibi vires: omnia cedant
In Domini laudes, in bona mille ſcholæ.

Honoris & Amoris
ergo

Deproperabat

DAVID SARTORIUS
Gorlicio-Luſatus.

A 3

Hæc

Hæc teneas assiduum Schola Magdalenæ laborem,
Est experta satis, Vir venerande, tuum.
At nunc Gymnasium lætâ te fronte, Senatu
Sic moderante, DEO, sic statuente, videt.
O videat longum! nec TE RECTORE labascat!
Verùm flore, precor, floreat usq; suo!
Et quia Mars studiis inimicus, ac optima rerum
Pax, quâ non quicquam dulcius orbis habet.
Hanc, DEUS alme, velis patriis concedere tectis,
Ut sic Musarum stet sine cade cohors.
Quâ stante & Pietas stabit, Justumq; Bonumq;
Stabit & ingenuus religionis Amor.

F. Francof.

JOANNES KITTELIUS
NamsL. SiL.

Quanta POLO sit cura tui, doctissime POLI:
URBS, animis pollens genteq; BRESLA, probat.
Namq; Minervalis tua sic ibi cognita Virtus:
Ut cuncti civis Te comitetur amor.
Hinc ex velle DEI sapientis Diva creavit
Rectorem Te nunc ELISABETHA suum,
Næ felix, cui tantus honos de Numine summo
competit: hinc POLIUS, tu mihi verus eris.
O fiat: fias POLIUS, teneramq; juventam
artibus expolias; moribus inq; bonis.
Hæc precor & grator: Tibi, POLI; JOVA det, ut sit
Vita beata SOLI vita beata POLI.

ita vovet

MARTINUS PFÜTZNER
Monsterbergâ SiL.
Si quen-

Siquenquam decuit laudis spolia ampla referre,
Cujus & æternent memores per nomina fastos:
Tu **P O L I U S** fueris, quem doctrinæ inclita virtus
Commendat, niveusq; probat sub pectore candor.
Delia jam dudum lambit tua tempora Laurus
Jure Magisterii, dudum jam sceptrâ Juventæ
Contrectas, animos dociles fingendo per artes:
Queis veluti quondam Patriæ suffulta columnis
Gloria, laus & honor surgat, vireatq; perennis.
Nunc super his te sancta Patrum sapiensq; Senatus
Curaq; consiliumq; vocat, majora subire
Munia summa sacri concedens sceptrâ Lycæi.
Ergò age, macte animis gnavis generosa Juventus
Formantisq; admitte manum, sic ille redibit
Priscus honor Musis, artes priscaq; vigeant
Per quas **B R E S L A** suum rutilis caput intulit astris.
Tu modò qui mentes hominum, qui regnaq; & urbes
Imperio regis æquè tuo, da quæso Juventæ
Laudatos teneræ mores; da quæso Regenti
Flaminis ætherei donum; da Nestoris annos.

Animitus vocébat
JOHANNES BILERUS
Breslâ Silesius.

BReslavia indoluit jam pridem mœstâq; planxit
A docto sese posthabitam esse viro.
Sed nunc tota cohors, juvenes, generosaq; turba,
In puncto planctum, cumq; timore fugant:
Dum **M I C H A E L P O L L U S** lacrymas abstergit, & omnem
Infert latitiam, sceptrâ gerenda gerit.
Hinc meritò laudes cuncti tibi munia pandunt,
Atq; novo complent sidera clara sono,

Sidera



Sidera clara sono complent; Tu Maximus orbis
Rektor; Rectorem prosperitate bea.
Possit ut ad longum Musarum tecta tueri,
Et docuisse velut Dædalus arte potens.

Gratitudinis ergo

apposuit

CHRISTOPHORUS ALBERTUS

Breslâ-SiL.

PARODIA AD DUCTUM

Ode XIII lib. 3.

Carm. Horat.

OVIR Pegasidum, splendidior polo,
Omni digne bono, non sine gloria

En donaris honore:

Cum te turba scholasticis

Sceptris BRESLIA CUM destinat inoluta,

Frustrâ haud: nam Aonijs inficies satis

Firmo robore rivis

Discantis sobolem gregis.

Te flagrantis atrox puberis impetus

Nescit fallere: tu præsidium optimum

Læsis crimine falso

Præbes, & populo pio.

Fiat nobilior sic quoq; tunc Schola

Te Rectore, bonis composita artibus;

Doctis unde Camœnis

Doctum profiliat genus.

εὐφροσύνην adyctebam

ZACHARIAS LEHMGRUBERUS

Bulcolucanus SiL.

✽(o)✽



Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

Von 7

MC





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

